



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Periculum graue dißidij in Comitiis Augustanis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

doxi reciperent. Quibus in curis tum vt aduersariis obsisterent, tum vt Concilij causam prouerent, erat Patribus immensum negotium, vt ex Canisij epistola planum facit clausula talis. Nūc, inquit, in his plurimum scribimus, consultamus, currimus, laboramus; nihilq; nobis otij superest ad reliqua. Iam tandem & Cæsaris, & Commendoni constantia, Præsulumq; rectè sentientium consensu religionis reiecta, intactaq; causa conuenerāt omnes Ordines, vt in Turcicum bellum (quam ob rem institutus maxime conuentus erat) subsidia pecuniæ conferrentur: agebaturque de pace inter partem vtramq; veteris religionis, nouæ, id est, vanissimæ superstitionis, confirmanda, quæ anno 1555. Caroli Cæsaris voluntate suæ Ferdinando Rege itidem Augustæ conuenerat. Cui formulæ, quanquam condiciones intolerandas Hæretici vellent adiungi, tamen obfirmauerant animos Catholici, confidebantq; expugnatos, vt ne apex quidem adderetur, vel demeretur: cum ecce tibi à Pontifice ad Commendonum literæ, vt si quid, quod cum Concilij Tridentini pugnet decretis decernendum viderit, ac prohibere nequeat, ritè contestatus in id Pontificem

*Periculū grano
dissidij in Co-
muniis Augu-
stani.*

neut

neutiquam conuenire, vetitisq; Catholicis subsidia in bellum conferre, ex Comitibus auferat se se. Hæ literæ incommodissimo allatæ tempore impleuerunt omnes solitudine, ac metu. Non enim deerant, qui confirmationem pacis anno illo 1555. initæ, quam pro cōditione optabili amplexabantur modo Catholici, aduersus Tridentina decreta esse contenderent: ac proinde fortiter agendum Legato, oblectādumq;ue, ne quid ratū fieret vnde hostibus Apostolicæ Ecclesiæ, perturbatoribus antiquarum religionum, pacata concederetur nō modò contumacia aduersus communem fidelium Matrem, sed & errorum pernicialium profeminatio. Quod si tenere non posset, tum ille constanter exposita Christi Vicarij denuntiataque sententia, ex conuentu facefferet. Imminebat haud dubiè grande dissidium eò si ventum esset. Nam summa erat rei pecuniariæ difficultas Imperatori: summus ferebatur esse in Hungariam, ac porro in Germaniam ducentium Turcarum apparatus, vt qui tali tempore subsidia ei detraheret, prodere barbaris & ipsum Maximilianum & Imperium videretur. Hoc rerum in Cardine Patres, post multas & habitas per se se, &

Canisij in Austria & Socorum tollitur.